Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31395
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">>



Nihil ad hoc regnum adia potest. quo
qui contentus non e; aliud se quoddam
a diabulo postulat. qui eiusdem dno dicere
ausus e tibi dabo omnia regna mundi.
si cadens in terram adoraueris me. Quare
cedat cum patre tua dictum sit. Nolo mihi
diabolus esse. qui christus idest me regna
mundi. a te data accipere iubeas. malo
enim illa spernere q̃ possidere. Et ut ali
quid de infidelibus. sed ut spero futuris
fidelibus loquar. nolo me de angelo lucis
reddere illis angelum tenebrarum. quorum
corda ad pietatem inducere volo. non iugum
terrenum illis imponere et gladio qui est
verbum dei non gladio ferreo mihi subiicere
ne deteriores efficiant. me recalcitrent.
ne cornua me ferant. ne nomen dei meo
recitent. errore blasphement. filios mihi
carissimos volo reddere non servos. ad
optare non emere. generare non manu
capere amas eos offerre sacrificium deo
non diabolo. discite a me inquit dns
quia mitis sum et humilis corde. capite
iugum meum et inuenietis requiem
animabus vestris iugum enim meum suaue
et pondus meum leue. cuius ad extremum
ut iam finem faciam. illam de hac re sen
tentiam accipe. quam quasi me me et
te tulit dns. reddite inquit que sunt ce
sariis cesaris et que sunt dei deo. Quo
fit ut nec tu cedat tua relinquere. neque
ego que cesaris sunt accipere debeam.
que uel si miles offeras. inquit accipiam